

JO. GOTTLIEB
HEINECCII

JURECONSULTI QUONDAM CELEBERRIMI

ELEMENTA
JURIS CIVILIS

SECUNDUM ORDINEM

INSTITUTIONUM

COMMODA AUDITORIBUS METHODO
ADORNATA.

Accedunt Variorum Notæ & Observationes.

EDITIO NOVA ITALICA

Ceteris longe auctior & emendatior.

~~~~~  
T O M U S I.  
~~~~~

V E N E T I I S

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA

M D C C C X V.



PRÆFATIO AUCTORIS.



Elementa hæc juris, quæ, adornata in usum auditorum, scriniis meis excidere passus sum, ea tibi lege exhibeo, candide lector, ne illico postcas tabellam, neque me prius, quam causam dixerim, præcipiti suffragio condemnes. Quamvis enim in tanto libellorum hujus generis proventu nihil tibi opus esse videatur lucubratione mea, & ipse ego satis intelligam, non tantam mihi esse vel auctoritatis, vel doctrinæ, ut me tot celeberrimorum virorum diligentiam imitarum, nedum aliquid rectius & præstabilibus traditurum, confidam: tamen, si instituti mei rationes, si genus scribendi, & ipsum, quo singula tradidi, ordinem paullo accuratius expendaris, constabit mihi, ut opinor, otii ratio, & de judicio æquitateque tua spem paullo meliorem concipere licebit. Quare, ut, quæ tandem illa sint, in quibus & aliquam operam posuisse me dico, dum libellum hunc concinnavi, & multam ponendam esse omnibus, qui adornandis jurisprudentiæ præceptis animum adjiciunt, puto, intelligas: exponam ea, ut potero, breviter, tibi que facultatem faciam, ex iis de insumta huic opusculo opera, ejusque fructu judicandi.

Primum, ut instituti rationem perspicias, licet mihi pace tua rem paullo altius ordiri ab iis

JO. GOTTL. HEINECCII

J. C.

ELEMENTA JURIS

SECUNDUM ORDINEM

INSTITUTIONUM.

PROOEMIUM.

§. 1. **Q**uam jus Romanum in tantam molem paullatim excrevisset, ut jam Livius *lib. 3. cap. 34.* illud *immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum*, EUNAPIUS vero *in Vita Aedes. pag. 92.* ἀχθὴν καμψάντων πολλῶν, multorum camelorum onus, adpellare non dubitent, omnino e republica videbatur, tam diffusam, ac per tot volumina dispersam jurisprudentiam in unum veluti corpus compingi. *Const. tertia pr. & §. 1. de Confirm. Digest.*

§. 2. Quamvis vero nec Ciceroni, qui id consilium, teste GELLIO *lib. 1. cap. 22.*, ceperat, nec Cn. Pompejo, quem ISIDORUS *Orig. lib. 5. cap. 1.* nec denique Julio Cæsari, quem SUETONIUS
Jul

§. 3. *Julio Cæsari*) De Pompejo res aliquo modo adhuc dubia; silentibus hoc scriptoribus antiquis. De Cæsare ita Suetonius: *jus civile, inquit, ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quoque & necessaria in paucissimos conferre libros constituit.* Quod si factum fuisset; o quam præclaro, sunt verba Huberi, beneficio jurisprudentia fruere! Quanto cultius Justiniano Caji Cæsaris ingenium! Quanto melior & doctior
Tri-

JO. GOTTLIEB
HEINECCI

JURECONSULTI QUONDAM CELEBERRIMI

ELEMENTA
JURIS CIVILIS

SECUNDUM ORDINEM

INSTITUTIONUM

COMMODA AUDITORIEUS METHODO
ADORNATA.

Accedunt Variorum Notæ & Observationes.

EDITIO NOVA ITALICA

Ceteris longe auctior & emendatior.

TOMUS II.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA
MDCCCXV.

LIBER III.

TITULUS I.

De Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.

§. 688. *Supra de hereditatibus, quæ testamento deferuntur. Nullo existente testamento, vel, eo infirmato, locum habet SUCCESSIO LEGITIMA AB INTESTATO (§. 484.), de qua jam agitur prioribus Titulis Libri tertii.*

§. 689. *Ejus alia ratio fuit jure veteri, quod in Institutionibus exponit Justinianus: alia est jure novo per Nov. CXXVII. Nos præmissa paucis veteris juris historia, de nova succedendi ratione plenius agemus.*

§. 690. *Fundamentum successionis veteris erat conservatio familiarum. Familia enim universitas quædam videbatur, cujus princeps est paterfamilias, liberi & agnati veluti *συνδικετορικῆς*, *κοινωνοὶς δυνάμει*, jure gaudent. BYNKERSH. *Observ. Lib. II. cap. 1.* Ergo ii tantum succedebant, qui erant pars familiæ: non emancipati & cognati.*

§. 691. *Quum ergo proximi in familia essent vel SUI HÆREDES, tamquam vivo patre quodammodo domini, & *ἀνεπιληψίως*, sui ipsius heredes (§. 588.): legibus XII. tabularum cautum fuerat: SI INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HÆRES NEC ESCIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO, L. 9. §. 2. D. de lib. & posthum. ULPIAN. *Fragm. lit. 26. §. 1.**